



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

1 Filij haereticorum, & Iudaeorum non sunt ordinandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

diligentia de bonitate dictarum actionum inquirere, a censura excommunicationis, & penis, quas incurreret beneficiarius, excusat, ex Na. in Man. c. 23. nu. 45. & c. 227. nu. 172.

DECISIO CIV.

Ex cons. 99. in Nouis, deest in antiq.

104 **S**imoniam realis mediator fructus beneficii quasi alteri ex causa suæ meditationis male perceptos restituere tenetur; sic autem ignoranter bona fide de huiusmodi beneficio prouisus, quamuis titulum non acquirit, unde & beneficium per alienam simoniam sibi acquisitum dimittere tenetur, c. Nobis, cap. ex insinuatione, & c. de simoniace. de simon. fructus tamen si sunt industriales, quales ut plurimum sunt fructus beneficiorum, cum cultura, & opera beneficiarii quarantur, ex Pan. in ca. Grauis, num. 6. de restit. spoliat. etiam extantes, vel ex quibus locupletior factus est, facit suos, Naturales autem extantes, ut quibus factus est dicitur, non ecclesiæ, sed ei, cui primo beneficium legitime conferatur, restituere debet arg. c. cum vos. de off. ordin. & cap. Quia sepe. de elect. & ideo si huiusmodi ignoranter per simoniam promotus, post renunciationem a se factam fuerit reprobatus, vel a Sede Apostolica illius retentionem obtinuerit, situs illos, uti primus qui canonicè succedit, faciet suos.

TITVLVS III.

Ne prælati vices suas, vel ecclesias, sub annuo censu concedant.

SUMMARIUM.

- 1 Iurisdictionem temporalem emendo, an, & quandoquidem mortaliter peccat.
- 2 Vicariatus episcopi sine simonia emi nequit, sic tamen emens non est excommunicatus.

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 22. de empt. & vend.

1 **M**ens pretio, officia quædam temporalia iudicandi ab eis qui poterant ea ipsi gratis conferre, mortaliter peccat, legem transgressus, Auth. ut iudices sine quo suffi. col. lat. 2. & etiam consentiens, & causa existens ut collator eorum accipiendo pecuniam peccet, cum sit turpe lucrum; ex Pan. in c. 1. & 2. Ne prælat. vic. & Nau. in Man. ca. 25. num. 7. Nisi certa modificatione ea vendant, nimirum honesto pretio, & personis idoneis; ex S. Thom. ex opus. 2. 1. Huiusmodi tamen iudicandi munus iuste exercendo non peccat, & illud retinere potest, nec quaesita per iustum exercitium prælatorum officiorum restituere tenetur; secus autem, si aliquid iniuste acquirat: ita Nau. in Man. c. 17. num. 3.

DECISIO II.

Ex cons. 2. in utrisque.

Canonici Sede vacante convenientes circa electionem Vicarij, & pacificantes, ut quicumque eorum eligitur Vicarius, tam salarium ei ratione Vicariatus soluendum, quam omne aliud emolumentum Vicario Episcopi solui solitum, inter se, & alios Canonicos æqualiter diuideret teneatur, & vnus eorum postea electus, huiusmodi pactum seruans, & vnicuique eorum singula æqualiter diuidens simoniam omnes realem admittunt; Cum Vicariatus generalis Episcopi, & cuiuslibet alterius prælati res spiritualis sit, ca. 1. & 2. Ne prælat. vic. suas excommunicationem tamen non incurrunt; Extrauag. 2. de simon. cum hæc solum contra simoniacos in ordine, vel beneficio lata sit, quale non est vicariatus officium, unde nec irregulares celebrando efficiuntur.

TITVLVS IV.

De Magistris.

SUMMARIUM.

- 1 Lector sacre scriptura etiam in cathedralibus regularibus ponendus.

DECISIO I.

Ex cons. 1. in utr. sq.

1 **I**n ecclesiis cathedralibus, tam regularibus, quam secularibus lector sacre scriptura ponendus est, ex Concl. Trid. sess. 5. c. 1. de refor. vbi autem eadem ecclesia, & cathedralis, & regularis est; non duo lectores, sed vnus sufficit, cum vna tantum sit ecclesia, & proinde vno iure censeri debet, ca. cognouimus, 2. q. 1. cui lectori vbi præbendæ non sunt, de stipendio prouidendum est; & ceteris paribus canonicè eundem ecclesiæ alij externo præferendus est, arg. c. nullus. d. 61.

TITVLVS V.

De Iudæis.

SUMMARIUM.

- 1 Filij hereticorum, & Iudæorum non sunt ordinandi.
- 2 Vendere Iudæis ramos myrri ad finem celebrandi scenophegia non licet.
- 3 Vjuras, qui iuste cum conuenientibus Capitulis Iudæis per mittit, ad eas soluendum compellere potest.
- 4 Vjuras concedendi licentia concessa a Papa, non se extendit extra terras ecclesie in temporalibus subiectas.
- 5 Papa Iudæis permittere potest vjurarum exercitium.
- 6 Arma deferentes infidelibus, an, & quando peccant, & absoluendi sint.
- 7 Arma fabricare, fideles inter Turcas habitantes an possint.
- 8 Christiani in terris Turcarum habitantes, an equos illis vendere possint.
- 9 Christiani inter Turcas commorantes, an milites stipendia rj esse queant.
- 10 Sacri, & alia vasa aenea, vel ferrea an inter arma Turcis deferri prohibita censeantur.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 22. de Hereticis.

1 **F**ilij hereticorum quorum patentes damniati fuerunt, & ipsi, vel statua, vel ossa eorum combusta sunt, & etiam Iudæorum, iad sacros ordines vsque ad quartam generationem promoueri non possunt, vt habetur per Paul. III. Extrauag. an. Cum ex Apostolatus. constit. 42. & Gregor. XIII. Extrauag. edit. 1573. quod idem de descendentibus a Mauris intelligendum est, nec possunt tales in Guardianum, Prælatum, aut Prouincialem eligi, aut ad prædicandum admitti.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 1.

2 **V**enditio ramusculorum myrri, quibus vtuntur Iudæi in festo Scenophegie celebrando, per se considerata peccatum non est, nec aliquod secum peccatum admixtum habet, sed efficitur peccatum, etiam mortale solum ob circumstantiam malam finis mortaliter mali, ex S. Tho. 1. 2. q. 18. art. 4. & 7. quandoquidem eos venderet Hebræis ad finem, ut ipsi eis ad scenophegia celebranda vtantur: Sin vero in eorum venditione finis bonus apponatur, puta ob querendam sibi pecuniam, qua se sustentent, vel alia eis honestè vtantur, nullum omnino peccatum in eorum venditione admittitur, ita Nau. in Man. ca. 17. nu. 195.

DE.